



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 140. Fœdus Galliarum Regis cum Helvetiis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

sus vehementiori vindictæ studio exar-Sæcul. XV.  
ferunt.

A.C. 1453.

§. CXXXIX.

*Gandavenses puniti.*

Cum autem primo Ripelmundæ, ac de-  
mum Graviæ desideratis suorum vi-  
ginti millibus gemina clade profligati es-  
sent, adeo viribus contriti permanerunt,  
ut dditionem efflagitare compellerentur.  
Igitur duo millia hominum nudis pedi-  
bus, detectoque capite, omnesque urbis  
Senatores, Consules, atque Ministri, non  
nisi interulam induti, solidam leucam Du-  
ci, ejusque filio obviam progressi, utrius-  
que clementiam exorabant; quam qui-  
dem a Duce impetrarunt, ea tamen lege,  
ut illam urbis portam, qua ad Ripelmunda-  
num prælium egressi sunt, muro in per-  
petuum obstruerent; quadringenta mil-  
lia Ducatorum penderent; cunctaque  
vexilla Duci offerrent, ejusdem arbitrio  
committenda; denique suas consuetudi-  
nes ac privilegia immutari paterentur.

§. CXL.

*Fœdus Galliarum Regis cum  
Helvetiis.*

Anno ad mensem Aprilem vergente, <sup>Jo. Chart.</sup>  
Galliarum Rex ab omni Anglorum <sup>Hif. Car.</sup>  
metu solutus, cum Helvetiis fœdus san- <sup>VII.</sup>

Cc 5 xit,

**Sæcul. XV.**  
**A.C. 1453.**

xit, comprehenso quoque pago Tigurino, qui a tractatu Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto inito exclusus erat, eoquod illo tempore adversus reliquas Helvetiæ tribus cum Duce Austriaco amicitiae vinculo junctus esset. P. Nationis hujus capita non equidem mutuam defensionis, atque offensionis necessitatem imponebant, sed Helvetii duntaxat fidem dabant, se cunctis Franciæ inimicis per omnes eorum pagos transitum interclusuros, Gallis vero liberam negotiandi, ac transeundi facultatem concessuros. Rex vero pro se suisque successoribus pollicebatur, se nunquam Helvetiæ hostibus opem laturum, nec subditis suis, ut contra ipsos arma sumerent, permisurum; de cetero autem eisdem omnem commercii, & aditus libertatem ad totum Franciæ regnum concessurum.

### §. CXLI.

#### *Principum Conventus Ratisbonensis.*

Cum Nicolaus Papa iteratis precibus cunctos Christiani orbis Monarchas ad reprimendos Turcarum successus sollicitaret, Germaniæ Principes ex mando Friderici Cæsar Ratisbonæ ad Danubium convenerunt, ut ibidem de bello sacro tractantes summo Pontifici satisfacerent, rebusque propriis melius prospice-